



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia
illustrata: facundissimis ...

Sive Eivsdem Historia Ecclesiastica Anglorum, Vitæ Aliquot Sanctorvm, Et
Martyrologium

Beda <Heiliger>

Coloniæ Agrippinæ, 1688

Epitome eiusdem Historiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71990](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71990)

bertus, ut suprà commemoravimus, ipso die Pasche majorit ad Dominum; & mox peracto Pascha, hoc est, septimo dñi Majarum die, Osric rex Nordan Humbrorum vita decepit, cùm ipse regni, quod undecim annis gubernabat, successorem fore Ceolwulfum decrevisset, fratrem illius qui ante se regnaverat Coenredi regis: cuius regni & principia & procellus tot ac tantis reducendavererunt adversarium motibus, ut quid de his scribi debet, quæcumque habitura sint finem, singula necdum iuris valeat. Anno Dominiæ Incarnationis septingentesimo tricesimo primo, Bertwaldus Archiepiscopus longa consumptus ætate, defunctus est die quinto Idū Januarii, qui sedat annos triginta septem, menses sex, dies quatuordecim. Pro quo anno eodem factus est Archiepiscopus vocabulo Tacine, à provincia Merciorum, cùm fuisse presbyter in monasterio quod vocatur Brudum. Consecratus est autem in Doroverensi civitate, à viris venerabilibus, Daniele Ventano & Ingualdo Londoniensi, & Alstino Lucidfeldensi, & Altvulfo Rhofensi, Antistitibus, die decima Junii mensis Dominicana, vir religione & prudentia insignis, sacris quoque literis nobiliter instrutus. Itaq; in præsenti Ecclesiæ Cantuariorum Tacine & Aldwulfus Episcopi præiunt. Porro provinciæ orientaliæ Saxonum Ingaldus Episcopus, provinciæ Orientalium Anglorum Eadbertus & Hadulacus Episcopi, provinciæ Occidentalium Saxonum Daniel & Fortherre Episcopi, provinciæ Merciorum Alduius Episcopus: & eis populis qui ultra amnum Sabrinam ad Occidentem habitant, Walfridus Episcopus: provinciæ Huicciorum Wilfridus Episcopus, provinciæ Lindisfarorum Cymberius Episcopus præi; Episcopatus Vectæ insulæ ad Daniensem pertinet Episcopum. Venta civitas. Provincia Australium Saxonum jam aliquot annis absq; Episcopo manens, ministerium sibi Episcopale ab Occidentalium Saxonum Antistite quærit. Et haec omnes provinciæ ceteræ que Australes, ad confinium usque Humber fluminis, cum suis quoque egiibus Merciorum regi Edibaldo subiectæ sunt. At vero provinciæ Nordan Humbrorum, cui rex Ceolwulf præfet, quatuor nunc Episcopi prælatum tenent: Wilfridus in Eboracenæ ecclesia, Edibaldus in Lindisfaroneñi Ecclesiæ, Acca in Haguldeni Ecclesiæ, Peñhelmus in ea qua Candida cala vocatur, qua nuper multiplicatis fidelium plebis, in Sedem Pontificatus addita, ipsius primum habet Antistitem. Pectorum quoque natio tempore hoc & fædus pacis cùm gente habet Anglorum, & Catholicæ pacis & veritatis cum universalis Ecclesiæ particeps existere gaudet. Scotti qui Britanniam incolunt, suis contenti finibus, nibil contra gentem Anglorum invidiarum moluntur, aut si audiunt. Britones, quanvis & maxima ex parte domiñico fido odio gentem Anglorum, & totius Catholicæ Ecclesiæ statutum Pascha, minus reuelè, moribusque improbus impungent, tamen & divina sibi & humana prorsus resistentे virtute, in neutro cupitum possunt obtinere propositum; quippe qui quavis ex parte sui sunt juris, nonnulla tamen ex parte Anglorum sunt servitio manipari. Et arrident pace ac serenitate temporum, plures in gente Nordan Humbrorum, tam nobiles quam privati, se suisq; liberis depositis armis fatigunt magis accepta tonsura monastrialibus acribere votis, quam bellicis exercere studiis. Quæ res quæ sit habitura finem, posterior ætas videbit. Hic est in præsentium universa status Britannia: Anno adventus Anglorum in Britanniam, circiter ducentesimo octogesimo quinto: Dominicas autem Incarnationis anno septingentesimo tricesimo primo: in ejus regno perpetuo exulter terra, & congratulante in fide ejus Britannia, latenter insulæ multæ, & confeantur memoria sanctitatis ejus.

Ecclesiastica Historie Gentis Anglorum libri
Quintius.

EPITOME SIVE BREVIA-

RIVM TOTIVS PRÆCE-

DENTIS HISTORIÆ ANGLORVM,
per eundem venerabilem Bedam Anglo-
saxonem.



ERVM ea quoq; temporum distinctio-
ne latius digesta sunt, ob memoriam
conservandam breviter recapitulari
placuit.

Anno igitur ante Incarnationem Do-
minicam sexagesimo, Caius Julius
Caesar, primus Romanorum, Bri-
tanniam bello pulavit, & vicit, nec tamen ibi portuit
regnum obtainere.

Anno ab Incarnatione Domini quadragesimo sexto, Clau-
dius secundus Romanorum, Britanniæ adiens, pluri-
mam insulæ partem in ditionem recepit, & Orchad-
ias quoq; insulas Romano adjectis Imperio.

Anno ab Incarnatione Domini centesimo sexagesimo se-
ximo, Eleutherius Roma præfatus, quindecim
annos Ecclesiæ glorioissime rexit, cui literas rex
Britanniæ Lucius mitrens, ut Christianus essiceretur,
petuit & impetravit.

Anno ab Incarnatione Domini centesimo octogesimo nono, Severus Imperator factus, decem & septem an-
nis regnavit, qui Britanniam vallo à mari usq; ad ma-
re præcinxit.

Anno trecentesimo octogesimo primo, Maximus in Bri-
tannia creatus Imperator, in Galliam transit, & Gra-
tianum interfecit.

Anno quadringentesimo nono, Roma à Gothis fracta est,
ex quo tempore Romani in Britannia regnare cessa-
runt.

Anno quadringentesimo tricesimo, Palladius ad Scotos
in Christum credentes à Cælestino Papa primus mit-
titur Episcopus.

Anno quadringentesimo quadragesimo nono, Martia-
nus cum Valentiniæ Imperium suscipiens, septem
annis tenuit. Quorum tempore Angli à Britonibus
acersti, Britanniam adierunt.

Anno quingentesimo vicelimo octavo, eclipsis solis facta
est decimo quarto Kalendarum Martiarum, ab hora
prima usq; ad tertiam.

Anno quingentesimo quadragesimo, eclipsis solis facta
est duodecimo Kalendas Julii, & apparuerunt stellæ,
penè hora diuinaria ab hora diei tertii.

Anno quingentesimo quadragesimo septimo, Ida regna-
re coepit, à quo regalis Nordan Humbrorum profa-
pia originem tenet, & duodecim annis in regno per-
manuit.

Anno quingentesimo sexagesimo quinto, Columba pres-
byter venit de Scotia in Britanniam ad docendos Pi-
etas, & in insula Hii monasterium fecit.

Anno quingentesimo nonagesimo sexto, Gregorius Papa
misit in Britanniam Augustinum cum monachis, qui
verbis Dei genti anglorum evangelizarent.

Anno quingentesimo nonagesimo septimo, venire in Bri-
tanniam præfati doctores, qui fuit annus plus minus
centesimus quinquagesimus, adventus Anglorum in
Britanniam.

Anno sexcentesimo primo, misit Papa Gregorius pallium
in Britanniam Augustinum Episcopo jam facto, & plu-
res verbi ministros, cum quibus & Paulinum.

Anno sexcentesimo tertio, pugnatum est Addeglaflane.

Anno sexcentesimo quarto, Orientales Saxones fidem
Christi percepunt, sub Rege Geberto, & Antistite
Mellito.

Anno sexcentesimo quinto, Gregorius Papa obiit.

Anno sexcentesimo decimo sexto, Edilbertus rex Can-
tuariorum defunctus est.

Anno sexcentesimo viceclimo secundo, Paulinus à Justo

Archiepiscopo, ordinatur genti Nordan Humbrorum
 Antistes.
 Anno sexcentesimo vicesimo sexto, Eanfleda filia Eduini regis baptizata est, cum duodecim in sabbato Pentecostes.
 Anno sexcentesimo vicesimo septimo, Eduinus rex baptizatus est cum sua gente in Pascha.
 Anno sexcentesimo tricesimo tertio, Eduino rege perempto, Paulinus in Cantiam redit.
 Anno sexcentesimo quadragesimo, Eadwaldus rex Cantuariorum obiit.
 Anno sexcentesimo quadragesimo secundo, Oswaldus rex occisus est.
 Anno sexcentesimo quadragesimo quarto, Paulinus quondam Eboraci, sed nunc Rhofensis civitatis Episcopus, migravit ad Dominum.
 Anno sexcentesimo quinquagesimo primo, Oswine rex occisus, & aidan Episcopus defunctus est.
 Anno sexcentesimo quinquagesimo tertio, Middangli sub principe Penda, fidei mysterii sunt imbuti.
 Anno sexcentesimo quinquagesimo quinto, perit Penda, & Mercii facti sunt Christiani.
 Anno sexcentesimo sexagesimo quarto, eclipsis solis facta, Earcombertus rex Cantuariorum defunctus, & Colmanus cum suis ad Scotos reverfus est, & pestilenta venit. Cum Ceadda ac Wilfridus Nordan Humbrorum ordinantur Episcopi.
 Anno sexcentesimo sexagesimo octavo, Theodorus ordinatur Episcopus.
 Anno sexcentesimo septuagesimo, Oswi rex Nordan Humbrorum obiit.
 Anno sexcentesimo septuagesimo tertio, Ecgberius rex Cantuariorum obiit. Et synodus facta est Herforda praesente Ecgfrido rege, praesidente vero Theodoro Archiepiscopo, utilissima decem capitulorum.
 Anno sexcentesimo septuagesimo quinto Vulfhere rex Merciorum postquam leprosum annis regnaverat, defunctus. Edilredo fratri reliquit imperium.
 Anno sexcentesimo septuagesimo sexto, Edilredus vastavit Cantiam.
 Anno sexcentesimo septuagesimo octavo, cometa apparet: Wilfridus a sua sede puluis est ab Ecgfrido rege, & pro eo Bosia, Eata & Eadhedus consecrati Antistes.
 Anno sexcentesimo septuagesimo nono, Elswini occisus est.
 Anno sexcentesimo octogesimo, facta est synodus in campo Hedfelda, deinde Carholica, praesidente Archiepiscopo Thedoro, in qua adfuit & Joannes Abbas Romanus, quo anno Hilda Abbatissa in Streaneshale obiit.
 Anno sexcentesimo octogesimo quinto, Ecgfridus rex Nordan Humbrorum occisus est.
 Anno eodem Lotheri rex Cantuariorum obiit.
 Anno sexcentesimo octogesimo octavo, Ceadwalla Rex Occidentalium Saxonum Romam de Britannia pergit.
 Anno sexcentesimo nonagesimo, Theodorus Archiepiscopus obiit.
 Anno sexcentesimo nonagesimo septimo, Ostrida regina à suis, id est, Merciorum primatibus interempta est.
 Anno sexcentesimo nonagesimo octavo, Berthredus dux regius Nordan Humbrorum à Pictis interfactus est.
 Anno septingentesimo quarto, Edilredus postquam triginta & unum annos genti Merciorum praeftus, monachus factus, Conredo regnum dedit.
 Anno septingentesimo quinto, Aldfridus rex Nordan Humbrorum defunctus est.
 Anno septingentesimo nono, Conredus Rex Merciorum postquam sex annos regnavit, Romanum pergit.
 Anno septingentesimo undecimo, Bethfucus praeftus cum Pictis pugnavit.
 Anno septingentesimo decimo sexto, Osredus rex Nordan Humbrorum imperfectus est, & rex Merciorum. Ceolredus defunctus est. Et vir Domini Ecgbertus,

Huius monachos ad Catholicum Pascha, & Ecclesiasticam correxit tonsuram.
 Anno septingentesimo vicesimo quinto, Wichtredus rex Cantuariorum obiit.
 Anno septingentesimo vicesimo nono, cometæ apparuerunt, sanctus Ecgbertus transiit, Olrichus mortuus est.
 Anno septingentesimo trigesimo primo, Berthwaldus Archiepiscopus obiit.
 Anno eodem, Tarwini consecratus est Archiepiscopus.
 Anno ab Incarnatione Domini septingentesimo trigesimo secundo, Ecgbertus pro Wilfrido Eboraci Episcopus factus. Cymberius Episcopus Lindisfarorum obiit.
 Anno septingentesimo trigesimo tertio, eclipsis facta est solis, decimo octavo Kal. Septembri, circa horam diei tertiam, ita ut penitus orbis solis quasi nigerrimo & horrendo scuto videatur esse cooperitus.
 Anno ab Incarnatione Domini, septingentesimo trigesimo tertio, Tatwini Archiepiscopus, accepto ab Apostolica autoritate pallio, ordinavit Alwich, & Sigurdum Episcopos.
 Anno septingentesimo trigesimo quarto, luna sanguineo rubore perfusa, quasi hora integrâ secunda, Kalendam Februario, circa galli cantum, dehinc nigredine subsequente, ad lucem propriam reversa.
 Anno ab Incarnatione Christi, septingentesimo trigesimo quarto, Tarwini Episcopus obiit.
 Anno ab Incarnatione Domini, septingentesimo trigesimo quinto, Nothelmus Archiepiscopus ordinatur, & Ecgbertus Episcopus, accepto ab Apostolica Sede pallio, primus post Paulinum in Archiepiscopatum confirmatus est, ordinavitque Fruidbertum & Fruidwaldum Episcopos.
 Anno septingentesimo trigesimo septimo, nimia siccitas terram fecit infundam, & Ceolwulfus sua voluntate attonitus, regnum Eadberto reliquit.
 Anno ab Incarnatione Christi, septingentesimo trigesimo nono, Edilhartus Occidentalium Saxonum rex obiit, & Nothelmus Archiepiscopus.
 Anno ab Incarnatione Domini, septingentesimo quadragesimo, Cudbertus pro Nothelmo consecratus est. Edilwaldus rex Merciorum per impiam fraudem vastabat partem Nordan Humbrorum, eratque rex eorum Eadbertus occupatus cum suo exercitu contra Pictos. Edilwaldus quoque Episcopus obiit, & pro eo Conulfus ordinatur Antistes. Atiwindus & Eadbertus interempti.
 Anno septingentesimo quadragesimo primo, siccitas magnarum occupavit, Carolus rex Francorum obiit, & pro eo filii Carolo man & Pipin regnum accepissent.
 Anno septingentesimo quadragesimo quinto, Wilfridus Episcopus, & Ingwaldus Lundonensis Episcopus migraverunt ad Dominum.
 Anno septingentesimo quadragesimo septimo, Herefridus vit Dei obiit.
 Anno septingentesimo quinquagesimo, Cudretus rex Occidentalium Saxonum, surrexit contra Edilwaldum regem, & Oengusum. Theneurus arque Eanredus obiit Eadbertus campum Cyl cum aliis regionibus suo regno addidit.
 Anno septingentesimo quinquagesimo sexto, anno regis Eadberti, quinto Idus Januarias, eclipsis solis facta est. Postea eodem anno & mense, hoc est, nono Kalendam Februario luna eclipsim pecculit horrendo & nigerrimo scuto.
 Anno septingentesimo quinquagesimo quarto, Bonifacius qui & Winfridus Francorum Episcopus, cum quinquaginta tribus martyrio coronatus est, & pro eo Redgratus consecratur Archiepiscopus a Stephano Papa.
 Anno septingentesimo quinquagesimo septimo, Edibaldus rex Merciorum, à suis tutoribus noctu morte fraudulenta miserabiliter peremptus occubuit, Beou.

151
redus regnare cœpit. Cymwulfus Rex occidentium Saxonum obiit. Eodem etiam anno, Offa fugo-
to Beonredo Merciorum regnum sanguinolento qua-
savit gladio.

Anno septingentesimo quinquagesimo octavo, Eadber-
tus Rex Nordan Humberorum, Dei amoris causa &
cœlestis patriæ, violence accepta sancti Petri tonsu-
ra, filio suo Oswulfo regnum reliquit.

Anno septingentesimo quinquagesimo nono, Oswulfus
a suis ministris facinoribus occisus est. Et Edilwaldus
anno eodem a sua plebe electus, intravit in regnum :
cujus secundo anno magna tribulatio mortalitatis ve-
nit, & duobus fermè annis permanxit, populantibus
duris ac diversis agitacionibus, maximè tamen dyfensio-
te languore.

Anno septingentesimo sexagesimo primo, Oengus Pi-
ctorum Rex obiit: qui regni sui principium utque ad
finem facinore cruento tyrannus perduxit carnifex,
& Oswini occisus est.

Anno septingentesimo sexagesimo quinto, Alchredus
Rex suscepit est in regnum.

Anno septingentesimo sexagesimo sexto Ecgbertus Ar-
chiepiscopus prospicio regali datus, ac divina scien-
tia imbutus, & Erihumbertus verè fideles Episcopi ad
Dominum naigraverunt.

Hec de Historia Ecclesiastica Britonorum, &
maximè genitum Anglorum, prout vel ex literis au-
tiquorum, vel ex traditione majorum, vel ex
mea ipse cognitione scire potui. Domino ad-
juvante, digessi Beda Dei famulus & presbiter
monasterii beatorum Apostolorum Petri & Pauli, quod est ad
Wimudam & Ingiruum. Qui natus in territorio ejusdem mo-
nastrorum, cum eis amorem septem, cura propinquorum datu-
sum educandus reverendissimo abbati Benedicto, ac deinde Coel-
frido, cunctumq; ex eo tempore vita in ejusdem monasterii habita-
tionem peragens, omnem meditandis scripturis operam dedi, atque
inter observantiam discipline regularis, & quotidianam cantandi
in Ecclesia curam semper aut discere, aut docere, aut scribere
dulce habui. Decimo nono autem vita mea anno diaconatum,
tricesimo gradum presbyteratus, utrumque per ministerium re-
verendissimi Episcopi Ioannis, jubente Coelfrido abbatore, suscep-
ti. Ex quo tempore accepti presbyteratus, usque ad annum erat
mea quinquagesimum nonum, hec in scripturam famam mea
memorunque necessitati ex opusculis venerabilium Patrum brevi-
ter annosare, fave etiam ad formam sensus & interpretationis eo-
rum superadficere curavisi.

ORATIO BEDÆ AD CHRISTUM.

Te deprecor bone JESU, ut cui propitiis donasti verbis tua
sapientia vel scientia dulciter baurie: dones etiam beni-
gnus aliquando ad te omnis sapientia fontem pervenire, & ap-
parere semper ante faciem tuam, qui vivis & regnas
Deus per omnia secula seculo-
rum, Amen.

152
DOMINO SANCTO
AC BEATISSIMO PATRI EDFRI-
DO EPISCOPO, SED ET OMNI CON-
gregationi Fratrum, qui in Lindisfarnensi insula
Christo deserviunt, Beda fidelis vester
conservus, Salutem.



Uia iustissimis dilectissimis, ut libro
quem de vita beatæ memorie patris
nostræ Cuthberti, vestro rogatu com-
posui, prefationem aliquam in fronte
juxta morem præfigerem, per quam
legentibus universis & vestra voluntatis
desiderium, & obediensio no-
stra pariter afflens fraterna claresceret: placuit in capi-
te prefationis & vobis qui nostis ad memoriam revoca-
& eis qui ignorant hac fortè legentibus notum facere:
quia nec sine certissima exquisitione rerum gestarum
aliquid de tanto viro scribere, ne tandem ea quæ scrip-
tam, fine subtili examinatione testum indubitorum, pa-
sum transcribenda quibusdam dare præsumps: quin po-
tius primò diligenter exordium, progressum & terminum
gloriosissima conversationis ac vita illius ab his qui
noverant, investigans. Quorum etiam nomina in ipso li-
bro aliquotiens obo certum cognite veritatis indicium ap-
ponenda judicavi, & sic demum ad schedulas manu mit-
tere incipio. At digesto opusculo, sed adhuc in schedulis
retento, frequenter & reverendissimo fratri nostro He-
refrido presbytero huadventanti, & aliis qui diutius
cum viro Dei convergati, vitam illius optimè noverant,
qua scripsi legenda, atque ex tempore prefationi retrac-
da, ac nonnulla ad arbitrium eorum, prout videbantur,
sedulus emendavi, sicque ablatis omnibus scrupulorum
ambigibus ad purum, certam veritatis indaginem sim-
plicibus explicata sermonibus commendare membran-
ulam, atque ad vestram quoque fraternitatris præsentiam
asprrorare curavi, quatenus vestra authoritatis judicio vel
emendarentur falla, vel probarentur vera esse quæ scripta
sunt. Quod cum Domino adjuvante patarem, & coram
senioribus ac doctribus vestra congregationis libellus
biduo legeretur, ac soleritissime per singula ad vestrum
penfaretur examen nullius omnino modis inventus est fer-
mo, qui mutari debuisset, sed cuncta quæ scripta erant,
communi consilio decernebantur absq; ulla ambiguitate
legenda, & his qui religionis studio vellent ad transcri-
bendum esse tradenda. Sed & alia multa nec minora his
quæ scripsi, præsentibus nobis adinvicem conferen-
tes, de vita & virtutibus beati viri superintulisti, quæ
prosul memoria digna videbantur, si non deliberato ac
perfecto operinova interferere vel supradicere minus
congruum atque indecorum esse consenserat. Dehinc ad-
monendam vestram almitatis coronam ratus sum, ut sicut
ipse munus obedientia mea, quod jubere est dignatus,
promptus solvere non diffuli: ita vos quoque ad reddi-
endum mihi vestra intercessione præmium pigri non sitis,
sed cum eundem librum relegentes pia sanctissimi patris
memoria vestros animos ad desideria regni coelestis ar-
densius attollatis: pro mea quoque parvitate memineritis
divinam exorare clementiam, quatenus & nunc pura-
mente desiderare, & in futuro perfecta beatitudine me-
tear videri bona Domini in terra viventium: sed & me
defuncto pro redemptione animæ meæ quasi pro familiari
& vernaculi vestri orare, & missas facere, & nomen
meum inter vestra scribere dignemini. Nam & cum san-
ctissime antistes, hoc te mili promisse jam retines, in cu-
jus etiam testimoniu futura conscriptionis religioso fra-
tri vestro Gudifrido Mansionario præcepisti, ut in albo
vestra sanctæ congregations meum nunc quoq; nomen
apponeras. Sciat autem sanctitas vestra, quia vitam ejusdem
Deo dilecti patris nostri, quæ vobis prola editam dedi al-
iquanto quidē brevius, sed eodē tamen ordine, rogantibus
quibusdam è nostris fratribus heroicis dudum veribus edi-
di. Quos si vos habere delectat, à nobis exemplar accipere
potestis:

potesis: in cuius operis prafatione promisi me alias de vita & miraculis ejus latius esse scripturum: quam videbit promissionem in praesenti opculo, prout Deus derit, adimplere fatago. Orantem pro nobis beatitudinem vestram Dominus omnipotens custodire dignetur in omnem dilectissimi fratres, & Domini mei, amen.

CUTHBERTI EPISCOPI ET CONFESSORIS VITA.

CAPUT I.

Quomodo puer Dei Cuthbertus per infantem sit predicto Episcopatu adamitus.

PRINCIPUM nobis scribendi de vita beati Cuthberti, Hieremias Prophetae consecrat, qui anachoretice perfectionis statum glorificans ait, Bonum est viro cum portaverit jugum ab adolescentia sua: fedeliter solitarius & tacebit, quia levabit se super se. Hujus namque boni dulcedine accensus vir Domini Cuthbertus, ab ineunte adolescentia iugo monachica institutionis collum subdit: ubi opportunitas juvit, arrepta etiam convesatione anachoretica, non paucum tempore solitarius federe, atque ob suavitatem divina contemplationis ab humanis tacere delectabatur alloqui. Sed ut haec in maiore aetate posset, superna illius gratia ad vitam veritatis palatim a primis iam pueritiae incitaverat annis: liquidem usq; ad octavum aetatis annum, qui post infantiam pueritiae primus est, solis parvularum ludis & laetivis mentem dare noverat, ita ut illud B. Samuelis tunc de ipso posset testimonium dicat. Porro Cuthbertus necdum fecerat Dominum, neq; revelatus fuerat ei sermo Domini: quod in praconium laudis dictum est pueritiae illius, qui aetate major perfecte jam cognitus erat Dominus, ac sermonem Domini revelata cordis auro percepturus. Oblectabatur ergo et diximus, jocis & vagariibus, & juxta quod aetatis orco poscebat, parvularum conventiculis inter se cupiebat, ludentibus colludere desiderabat: & quia agilis natura atque acutus erat ingenio, contendebat ludo super pravaleare consueverat, adeo ut fessis nonnunquam ceteris ille indefessus adhuc, q; quis ultra secum vellere certare quasi virorū luctabundus inquireret. Sive enim saltu, sive cursu, sive luctu, seu qualibet alio membrorum inquinamine se exercerent, ille omnes aequos, & nonnullos etiam maiores a se gloriabat esse superatos. Cum enim esset parvulus, ut parvulus sapiebat, ut parvulus cogitabat: qui postmodum factus vir, plenissime ea quae parvuli erant, depositus: & quidem divisa dispensatio primitus elatione animi puerilis digne se pedagogico compescere dignata est. Nam si cut beata memoria Trumwine Episcopus ab ipso Cuthberto sibi dictum perhibebat, dum quadam die solito lumen in campo quadam non modica puerorum turbam insisteret, intercesset & ipse, & sicut ludentium levitas sollet contra congruum natura statum variis flexibus membra pleriq; sinuarent, repente unus de parvulis triennis ferme, ut videbatur, accurrit ad eum, & quasi senili constantia cepit hortari, ne jocis & otio indugeret, sed stabilitati potius mente mitem simul & membra subjungaret. Quo monita spernente, lugere ille corruiens in terram, & faciem lacrymis rigans. Accurrunt consolatueri ceteri, sed ille perflat in flexibus. Interrogant quid haberet repentinum, unde tantis affecteretur lamentis? At ille tandem exclamans, consolans se Cuthberto, Quid inquit, sanctissime antistes & presbyter Cuthberte haec & natura & gradu tuo contraria geris? Ludere te inter parvulos non decet, quem Dominus etiam majoribus natu magistrum virtutis consecravit. Audiens haec bona indolis puer, fixa intentione suscepit, illo nimis spiritu interiorius ejus praecordia docentes, qui per os infantis extrinsecus ejus aur-

bus insonuit. Nec mitandum cuiquam parvuli lasciviam per parvulum potuisse Domino agente cohiberi, qui ad prohibendam Prophetæ insipientiam ore subjugat multitudinationib; verba, cum voluit, edidit, in cuius laude veraciter dictum est. Quia ex ore infantium & laetentium perfecisti laudem.

CAPUT II.

Quomodo genu dolente claudere sit affectus, & Angelo medicante sine mora sanatus.

VERUM quia omni habenti dabitur & abundabit, id est, habent propositum amoremq; virtutum harum copia supermo munere donabitur: quoniam puer Domini Cuthbertus, qui per hominem accepit hortamenta, sedulo corde retinebat, etiam angelico visu & afflato confessori promeruit. Nam subito dolore genu corruptum illius acti copitum grossescere, ita ut nervis in poplite contractis, pedem primo a terra suspensum claudicans poitaret, debinc ingravescente molestia, omni penè privaretur incessu. Qui die quadam deportatus foras a ministris arcu sub diu recumbens, vidit repente venientem de longe equitem albis indutum vestimentis & honorabilis vultus & equum cui insidebat incomparandi decoris. Qui cum adveniens mansuetu illum salutaret allocutus, addidit quasi per jocum inquirere, si ali; podi tali hospiti probere vellet obsequium. At ille, iam, inquit, promptissime tuis superem altare devotus obsequiis, si non exigentibus cupis hujus compede languoris retinerer. Diu nanque est quod molestia genu tormentis oppressus, nulla cuiuslibet medicorum industria possit sanari. Qui desiliens equo, ac genu languidum diligentius consideras: Coque, inquit, triticeam in lacte farinam, & hac confectione calida tumorem superunge, & sanaberis. Et his dictis, ascendens equum, abiit. Ille jussis obtemperans, post dies paucos sanatus est, agnosciturq; angelum fusile, qui haec libi monita dedisset, mitente illo qui quondam Raphaelem Archangelum ad sanandos Tobis viuis delineare dignatus est. Quod si cui videtur incredibile, angelum in equo apparuisse legit historiam Machabiorum, in qua angeli in equis, & ad Iude Machabæi, & ad ipsius templi defensionem advenire memorantur.

CAPUT III.

Quomodo ventis oratione mutatis rates Oceanum delapsus revocari ad litus.

AB hoc autem tempore devotus Dominu puer sicut ipse postea familiaribus suis attestari solet, s; p; in angustiis se valancibus orans Dominum, angelica meritis opulatione defendi: nec non etiam pro aliis in periculo constitutis, quia benigna pietate supplicabat, exaudiatur ab illo, qui clamauit pauperem exaudire, & ex omnibus tribulationibus ejus consuevit eripere. Est denique monasterium non lege, ab hostio fluminis Tini ad medietatem suam, tunc quidem virorum nunc autem mortuorum, at solet, per tempora rerum flatu, virginum Christi servientium nobili examine pollens: qui videlicet famuli Christi cum ligna monasterii usibus apta per memorati alevium fluminis de longe ratibus veheret, jamq; è regione ejusdem monasterii vehendo advenirent, ac rates ad terram educere conarentur: ecce ventus subito ab occasu intempellitus affligerat abripuit rates, atq; ad osium fluminis trahere coepit. Quod videtis e monasterio fratres, exflissi in fluvio naviculis, eos qui in ratibus laborabant adjuvare nitebantur: sed vi fluminis ac venienti violentia superati, nequaquam velabant: unde facta desperatione humani adjutorii, configurant ad divinum. Egressi namque de monasterio, & labentibus in oceanum ratibus, collecti in proxima abice flecentibus genua, supplicantis dominum pro his, quos in tantum mortis discrimen jam jamq; irruere cernebant. Sed provisione divina, quamvis diu prestantem vota sunt dilata, ut videlicet quanta esset in Cuthberto virtus precandi, patesceret. Stabat enim in